

RHODOLPHVS COMES A MONTFORT.



RHODOLPHUS filius fuit Rhodolphi comitis de Montfort. Hunc parentes optimis literis erudiendum præceptoribus commendarunt. Itaq; factum ut mediocrem eruditio[n]em nactus, postea cathedralis Ecclesiæ Curiæs præpositus electus fuit. Cum autem pater cum fratribus atq; sororibus defunctus esset, ipseq; unicus hæres Feldkirchensis dominij relinquere[nt], præposituram eam resignauit, atq; administrationem ciuilem ditionis paternæ suscepit. Erat autem is insigni prudentia, manuetudine, & liberalitate præditus. Itaq; suos subditos dilexit, atq; ciuibus omnis generis uoluptatis multoties exhibuit. Inter alia uero, tertio quoq; anno o[ste]s pueros masculos suæ ditionis puerilibus armis & signis optimè instru[er]etos Feldkirchum conuocauit, atq; milium lacte decoctum publicis locis erendum dedit.